
Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung

1 Praevertor iam ad consulatum tuum, etsi sunt quaedam ad consulatum quidem pertinentia,
2 ante consulatum tamen gesta, in primis quod comitiis tuis interfuisti candidatus non
3 consulatus tantum, sed immortalitatis et gloriae et exempli, quod sequerentur boni
4 principes, mali mirarentur. Vidit te populus Romanus in illa vetere potestatis suae sede;
5 perpessus es longum illud carmen comitiorum nec iam irridendam moram consulque sic
6 factus es ut unus ex nobis, quos facis consules. Quotus quisque principum antecedentium
7 honorem istum aut consulatui habuit aut populo? Non alii marcelli somno hesternaque
8 cena redundantes comitiorum suorum nuntios opperiebantur, alii sane pervigiles et
9 insomnes, sed intra cubilia sua illis ipsis consulibus, a quibus consules renuntiabantur,
10 exilia et caedem machinabantur? O prava et inscia verae maiestatis ambitio, concupiscere
11 honorem, quem dedigneris, dedignari, quem concupieris, cumque ex proximis hortis
12 campum et comitia prospectes, sic ab illis abesse, tamquam Danubio Rhenoque dirimare!
13 Averseris tu honori tua sperata suffragia renuntiarique te consulem iussisse contentus
14 liberae civitatis ne simulationem quidem serves, abstineas denique comitiis abstrusus
15 atque abditus, quasi illic tibi non consulatus detur, sed abrogetur imperium? Haec
16 persuasio superbissimis dominis erat, ut sibi viderentur principes esse desinere, si quid
17 facerent tamquam senatores. Plerique tamen non tam superbia quam metu quodam sub-
18 movebantur. An stuprorum sibi incestarumque noctium conscii auspicia polluere
19 sacratumque campum nefario auderent contaminare vestigio? Non adeo deos hominesque
20 contempserant, ut in illa speciosissima sede hominum deorumque coniectos in se oculos
21 ferre ac perpeti possent. Tibi contra et moderatio tua suasit et sanctitas, ut te et religioni
22 deorum et iudiciis hominum exhiberes. Alii consulatum, antequam acciperent, tu et, dum
23 accipis, meruisti.

II. Sprachliche Erläuterungen

1. Welche soziale Stellung nimmt der Sprecher, welche der Angesprochene ein? Wer könnte der Autor des Textes gewesen sein?
2. Welcher Literaturgattung gehört der Text an? Woran zeigt sich das im einzelnen?
3. Was ist in Z. 5 mit **carmen comitiorum** gemeint? Welche Bedeutung hat **carmen** hier, weshalb kann **carmen** diese Bedeutung haben?